

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Non enim lauari ad voluptatem sed ad significacionem
ut scilicet per exteriorum lotionem corporis interiorum
anime debere fieri ostendam. **Barbas et coronas**
tonde. est superfluitates et vicia deponere. **Capillos**
super aures tondere est v. sensus corporis ad huiusmodi
deo expeditos habere. **nigras vestes siue cappas**
exuere est asperitatem penitentiae deponere. **albas siue**
superpellicias induere est stolam immortalitatis
firmam expectare. **vel per vestem albam significamus**
innocentiam stolam renatorum vel per hoc representamus
hodiernam apparicionem angelorum qui in vestibus albis
apparuerunt. **In hac sancta die nil quod a sacerdote**
non sit benedictum comedere debemus. quia inimicus
noster nunc nos magis fatigat supplantare. **Vn**
in quibusdam locis quicunque comedi debet ad ecclesiam
portant et in atrio vel in vestibulo ecclesie cum cruce
et aqua benedicta et in vestibus sacris a sacerdote
benedicunt. **Hinc est quod hodie agnus a sacerdote**
benedicitur ad representandum quod deus per moysen et
populum agnum comedere iussit in figura ihesu christi et
languine omnia primogenita sibi de modo redemit et
angelo in nocte illa omnia primogenita in egipto
percuciente populum suum huavit agni sanguine
prenotatum. **Agnus autem secundum rationem ordinem non ad**
altare sed ad mensam benedicitur. **In quibusdam**
etiam locis benedicitur lac et mel in memoriam quod dominus
inquit patribus nostris abrahe. isaac. et iacob.
Introducam vos in terram fluentem lac et mel.
Nullus debet etiam unquam aliquid comedere nisi prius
saltem signo crucis facto. unde legitur in dialogo
gregorius. **prope. l. j. c. iiii.** Quia cum quedam monialis
iret per ortum lactucarum sine benedictione comedit. et
similiter demonem qui super eam erat suscepit qui multum
illam vexavit. **Nos quod vidimus in civitate. Boni.**
puellas a duobus spiritibus immundis et malignis
trienio vexatas. **Cumque a quodam puto volente**
illos cum exorcismis et adiuracionibus ab humano
corpore pellere. interrogarent qualiter corpus mulieris
intraissent. responderunt quod sedebat in quodam malorum
natorum quod ipsa puella comederat. quod tandem virtute
adiuracionum nobis presentibus ab humano corpore
recesserunt. **In quibusdam quod locis hac die in**
aleis in natali. prelati cum suis clericis ludunt vel
in claustris vel in domibus episcopalis ita ut etiam
descendant ad ludum pile vel etiam ad choreas et
cantant per quod notatur libertas decembris. quia antiquitus
consuetudo fuit apud gentes. quod hoc mense huius
pastores et ancille quadam libertate fruerentur
et cum dominis suis dominarentur. et cum eis facerent
festa et convivia post collectas messes. laudabili

tem est a talibus abstinerent. **In plerisque etiam regionibus**
mulieres sancta die post pascha. verberant maritos
suos. die vero tertia mariti uxores suas. **Sicut**
et antiquitus licebat servis dominos saltim in crimine
adulterii accusare impune. **Hoc autem fit ad no-**
tandum quod debet se invicem corrigere. ne aliter ab altero
hunc tempore exigat debitum thori. **Statutum est enim quod**
cum hac die communicare debeant tribus precedentibus
et tribus vel quinqve vel vij. sequentibus diebus
ab amplexibus vacent. quod sumptum est a dō quod cum
pueris suis acceptur panes propositionis ait ad
abimalech sacerdotem. **continuumus ab heri et nu-**
diultercius. **His tribus diebus primis solenniter**
est feriandum. in sequentibus vero licet viris ruralia
opera quod magis sunt necessaria exercere. sed feminis non
licet nere. nunquam autem choreas ducere. quia secundum greg.
Melius est fodere et arare quam choreas ducere. **Inde**
est quod huius singuli dies propria habet rationem. ceteri vero
in quibusdam ecclesiis mutata. in aliis tamen habent etiam
usque in quantum feriam propria. **Fiunt quod apud**
quosdam hoc tempore aquarum dimersiones. ne quia
homines vigilauerunt in quinquagesima in his sanctis
diebus dormire velint. **Hoc quod notandum est quod**
pascha nostrum semper debet fieri in die dominico.
sicut statuit pius papa et victor papa. quod propter hoc
concilium palestinum convocavit. licet enim prius eodem
die celebraretur. quia tamen quodam in dubitabat. angelos
domini ad corroborandos illorum animos apparuit in
habitu pastoralis. hermes doctori precipiens ut pa-
scha semper die dominico ab omnibus celebraretur.
dominus tamen vere surrexit in die vij. kalendas aprilis. naz
passus est octava die kalendas aprilis. viz in die tali in
quali conceptus est. siue in tali annuntiationis virginis per
angelum facta est. pro ut dicitur est sub titulo de para-
sceu. **Celebrari etiam debet pascha in lunacione**
apostolis. quoniam in exodo. precepit dominus quod mensis ille primus
haberetur et agnus die decima quarta immolaretur.
Vnde victor papa dicit. quod pascha debet celebrari
post quartamdecimam diem lunacionis apostolis qui est
primus mensis secundum hebreos. usque in vicessimam primam
diem eiusdem mensis. i. lunacionis. **Loquitur ibi enim**
de mense lunari. non de solari. quoniam in illa lunacione
est semper pascha usque ad vicessimam primam diem
et usque ponitur ibi inclusivae. quoniam includitur ipsa
vicessimam prima dies. **Vult ergo dicit victor papa**
quod pascha non debet esse infra decimam quartam diem
lunacionis aprilis. nec post vicessimam primam
diem illius. **Si enim decima quarta dies lunacionis**
est in die dominica. ibi est pascha iudeorum. et do-
minica sequenti est pascha nostrum. scilicet in vicessimam